

16. *M. Ioannes Fechnerus*, Freistadio - Silesius, A. 1641. Wratislauiam abiit, ubi in Elisabethano primum Professor fuit, post Magdalena Rector.

17. *M. Ioannes Theil*, Naumburgensis, Scholae patriae Rector, Budissae eodem functus est munere per annos 38., obiit A. 1679.

18. *M. Ioannes Rosenberg*, Züllichio - Silesius, Gymnasii Gothani in Classe selecta Collega ab A. 1661., post Con-Rector Budissae, huc vocatus A. 1672. & a THEILII obitu Rector, Senex Septuagenario maior, adhuc superstes.

In Gymnasio Gorlicensi ab A. 1565., quo sic solenniter coepit appellari, gubernacula tractarunt sequentes RECTORES:

1. *M. Petrus Vincentius*, Vratislauiensis, primum in Academia Gryphiswaldensi Professor, Rector deinde Lubecae, porro Professor Wittebergae, A. 1565. Gymnasio Gorlicensi est praefectus, & inde quinquennio post in patriam, ut ibi Elisabethani Rector esset & Scholarum Inspector, vocatus.

2. *M. Joachimus Meisterus*, Gorlicensis, Rector in patria constitutus est A. 1570. & posteà Bremae.

3. *M. Laurentius Ludouicus*, Leobergensis, † A. 1594.

4. *M. Martinus Mylius*, Gorlicensis, † A. 1611.

5. *Caspar Dornauius*, Ziegenrucka-Variscus, Medicinae Doctor, Rector Gymnasii Gorlicensi, post Beuthenensis in Silesia, tandem vero Consiliarius intimus Ducis Ligo-Bregensis & ad Regem Poloniarum Legatus.

6. *M. Elias Cuchlerus*, Gorlicensis, P. L. C. & Not. P. Gymnasii patrii per annos XVII. Rector. † A. 1632.

7. *M. Martinus Mollerus*.

8. *David Vechnerus*, Silesius, Rector fuit (ab A. 1636.) & Diaconus, post Pastor Primarius & Rector ad annum usque 1666., quo Scholastica prouincia se abdicauit.

9. *M. Christianus Funckius*, Ditmansdorfi haud procul Friberga natus, Fribergae in Gymnasio Collega Tertius fuit & ConRector, post Rector Altenburgensis & ab A. 1666. Rector Gorlicensis. Mortuus est A. 1695.

10. *M. Samuel Grosser*, Olsna-Silesius, antehac ConRector in Schola Nicolaitana Lipsiae, post Rector Altenburgensis, Rector hodie est Gorlicensis Gymnasii.

Et Zittauiae ab A. 1586., siue a nato ibidem Gymnasio docuerunt RECTORES:

1. *M. Caspar Janitius*, Rector Scholae Laubanensis, Gymnasio Zittauensi praefesse coepit An. 1586.

2. *M. Leonhardus Ezlerus*, Rectoris Spartam cum vicina parochia Hirsfeldensi permutoauit.

3. *M. Michael Hammerus*, Rector ab A. 1594.

4. *M. Samuel Junius*, Rector ab A. 1600. biennio post ad Rectoratum Suidnicensem abiit.

5. *M. Melchior Gerlach*, Rector Zittauensis ab A. 1602., mortuus est A. 1616.

6. *M. Augustinus Preilius*, Rector ante Torgensis, obiit A. 1634.

7. *M. Christianus Keimann*, cum per quinquennium ConRector fuisset, vacuo per illud spatium Rectoratu, Rector factus est A. 1639. & de vita migravit A. 1662.

8. *M. Christophorus Vogelius*, A. 1678. est mortuus.

9. *M. Christianus Weise / n. d. 30. Apr. 1642.*, Professor Politices, Eloquentiae & Poeseos datus est Augusteo Weisenfelsensi A. 1670. & Patriae Zittauiae Rector A. 1678.

TV autem, WEISI, es, qui virtute veterem Lusatiae superioris famam haetenus es tuitus, & cum Rosenbergio ac Grossero, nec non Hofmanno Laubae, Gunthero Loebauiae, & Hartmanno Camentiae, Viris pariter Clarissimis, in commune consulis. Magis habitis meritis, iuuentui perge praefesse & illius inservire commodis!

Verum enimvero spectat & ad haec vota praefens Compellatio. Annus enim erat post mille, sexcentos, quadragesimus secundus, & dies mensis Aprilis trigesimus, cum nascereris Zittauiae, patre Elia Weisio, Gymnasii Collega, quem supra laudam merito; nunc autem si dinumeramus Vitae Tuae annos, κλιμακτηριον seniorum, tertium & sexagesimum annum,